



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

A Clemente XI. Ad Benedictum XIII.

**Luxemburgi, MDCCXLI.**

51. Illustriss. & Reverendiss. &c. Præceptum die 30. Julii 1707. vigore  
specialis Chirographi Pontificii expeditum, quo omnibus Ecclesiasticis  
Secularibus, & Regularibus in toto Regno Neapolitano ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74859)



A. C. Monitorium decernit contra omnes d. violentæ expulſionis. aliorumque exceſſuum Reos.

Ob non tutum acceſſum ad locum, ubi moniti deſunt, mandatum Monitorium Romæ, & in conſinio diſtinctionis Eccleſiaſticae publicari, & affigi.

Nomina Expulſorum, & expulſionis Conſistorum, qui citantur, & monentur ad comparandum, & allegandum cauſam quare &c.

num D. Marchionem de Viglienas Pro-Regem, & Dominos Regentes Regii Collateralis, alioſque citandos, & monendos, pro præſentibus noſtris monitorialibus literis exequendis, tutum non patere acceſſum, peritas literas monitoriales concedendas, & in locis infradiendis exequendas, & publicandas fore, & eſſe duximus, & mandamus per præſentes. Quocirca vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, ac veſtrum cuilibet in ſolidum, tenore præſentium, committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus viſis eiſdem præſentibus, per præſens publicum noſtrum Edictum, in Romana Curia in audienciâ publicâ literarum contradicatarum Sanctiſſimi D. Noſtri Papæ legen., & ad Valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, Curie Innocentianæ, & in Acie Campi Floræ, & extra eam in conſinibus hujus Status Eccleſiaſtici, verſus Regnum Neapolis, nempe in Civitatibus Aſculanâ, Reatinâ, Terracinen., & Civitatis Vetulæ, & in Terris Nuſiæ, Sublaci, & Ceprani, per affixionem, publicationem, & executionem ad Valvas Cathedralium, & majorum Eccleſiarum reſpectivè, ex parte noſtrâ, immò veriùs Apoſtolicâ authoritate, pro nunc, & ſine præjudicio facultatis procedendi ſuis loco, & tempore contra alios, tam in præmiſſa, quàm in aliâ quâvis cauſâ læſiva Immunitatis, libertatis, & Jurisdictionis Eccleſiaſticae repertos, vel reperiendos culpabiles, quàm facultatem Fiſco, & Nobis expreſſè reſervamus, ſupradictos *Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Marchionem de Viglienas Proregem, & DD. Regentes Regii Collateralis, ſcilicet Nicolaum Gualconum Marchionem Acerni, Januarium de Andrea, Gregorium Mercado, & Seraphinum Biſcardum, ac Andream Guerrero, tunc alterum ex Regentibus Regii Collateralis, & nunc Regiæ Camera Summarie Locumtenentem, nec non Emanuelem de Eſpedal Judicem Vicariæ Criminalis, Carolum Manfredum Scribam ejuſdem Vicariæ, N. Portiero diſtæ Vicariæ, N. Officialem Militum vulgò Alfiere, N. Capitaneum Juſtitie vulgò Baroncellum Birruariorum, N. N. N. N. N. N. uſque ad numerum ſexaginta, Milites, & Birruarios, omneſque alios in executione præſentium nominan., & cognominan., citetis, moneatis, & requiratis, prout Nos eodem harum ſerie citamus, monemus, & requirimus primo, ſecundo, & tertio peremptorio termino, quatenus infra trium menſium ſpatium, quorum primum pro primo, ſecundum pro ſecundo, tertium pro tertio; ultimo, & peremptorio termino, ac trinâ canonicâ monitione assignamus, & vos assignetis, debeant, & quilibet ipſorum, prout eos tangit, debeat Romæ in Judiciò coram Nobis, vel infraſcripto Perilluſtri, & Excellentiſſimo D. Philippo Antonio Totto Locumtenente noſtro in Criminalibus Generali, legitime comparuiſſe, & comparere, ad deducendum, & allegandum Cauſam quare non debeat ipſos, & eorum quemlibet in omnes, & ſingulas cenſuras, & pœnas in Sac. Canonibus Conciliis, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, & præſertim in Bullâ in die Cœnæ Domini quotannis legi, & publicari ſolitâ, contentas, inſlictas, impoſitas, & comminatas, incidiſſe, & incurriſſe declarari, & contra eos, & illorum quemlibet literas quacumque deſuper neceſſarias, & opportunas decerne, & relaxari, ac ad omnes, & ſingulos actus de, & ſuper præmiſſis, & circa ea quomodolibet neceſſarios, & opportunos procedi, nec non reſpectivè ad videntium ſeſe in cenſuras, & pœnas hujusmodi incidiſſe, & incurriſſe declarari, ipſique D. Procuratori Ficali Generali Jus & Juſtitiam miniſtrari; Certificantes eodem *Illuſtriſſimum, & Excellentiſſimum D. Marchionem de Viglienas Proregem, & DD. Nicolaum Gualconum Marchionem Acerni, Januarium de**

*Andrea, Gregorium, Mercado, & Seraphinum Biſcardum Regentes Regii Collateralis, ac Andream Guerrero tunc pariter Regentem, & modò Regiæ Camera Summarie Locumtenentem, nec non Emanuelem de Eſpedal Judicem Vicariæ Criminalis, Carolum Manfredum Scribam ejuſdem Vicariæ, N. Portiero diſtæ Vicariæ, N. Officialem Militum vulgò Alfiere, N. Capitaneum Juſtitie vulgò Baroncellum Birruariorum, N. N. N. N. N. N. uſque ad numerum ſexaginta Milites, & Birruarios, omneſque alios, quos tangit, ſic citatos, & monitos, quòd, ſi in dicto termino ipſis præfixo legitime non comparuerint, vel aliquis eorum non comparuerit, Nos, vel Dominus Locumtenens Criminalis infraſcriptus nihilominus, ſervatis terminis de ſtylo Curie ſervari ſolitæ, ad omnium, & ſingularum cenſurarum, & pœnarum prædictarum incurſus declarationem, & executionem, cedulo norumque dictæ excommunicationis relaxationem, affixionem, publicationemque reſpectivè, & ad omnia alia neceſſaria, & opportuna devenimus, & procedemus, ſivè procedet, juſtitia mediante, eorum abſentia, & contumacia non obſtante. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Magnâ Curia Innocentiana Anno à Nativitate D. N. Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo ſeptimo. Indictione decimâ quintâ, die verò viginti primâ menſis Maii, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. N. D. Clementis Divinâ Providentia Papæ XI. Anno Septimo.*

Philippus Antonius Tottus Locumtenens, & Judex deputatus.

Paulus Fatius Curie Cauſarum Camera Apoſt. Not.

Deventum poſteâ non fuit ad Sententiam declaratoriam incurſus Cenſurarum, aliarumque pœnarum in prædicto Monitorio contentarum, quoniam, priuſquam elaborerentur termini in eo præfixi, D. Prorex Neapolitanus, & alii in eodem Monitorio nominati, ac citati debitam, & congruam Eccleſiaſtiſſimè ſatisfactionem præſtiterunt adeoque juſſu Sanctiſſimi ritè abſoluti fuerunt.

#### P R A E C E P T U M

II.

Die 30. Julii 1707. vigore ſpecialis Chirographi Poſtifici expeditum, quo omnibus Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus in toto Regno Neapolitano exiſtentibus mandatur, ut Dominicum Garopholum Provincie Calabrie ultra olim Præſidem, ab Archiepiſcopo Rheginen. ob violatam Immunitatem Eccleſiaſticam excommunicatum, & à decennio, & ultra inſordelcentem, ſingulis diebus Dominicis, & Feſtis, in eorum quiſque Eccleſiis, Candelis accenſis, & pulſatis Campanis, palam, ac ſolemniſſimè excommunicatum, & aggravatum denuncient, ejuſque communionem evitent, & ab aliis evitari curent.

*Carolus de Marinis Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque Signaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, nec non Curie Cauſarum Camera Apoſtolicæ Generalis Auditor, Ramaneque Curie Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, & Cenſurarum, tam in eadem Romana Curia, quàm extra eam latarum, ac literarum Apoſtolicarum quarumcumque univerſalis, ac merus Executor ab eodem Sanctiſſimo ſpecialiter deputatus, nec non ad infraſcripta à Sanctiſſimo Domino Noſtro Clemente Papæ XI. ſpecialiter delegatus.*

Illuſtriſſimis, & Reverendiſſimis in Chriſto Patribus, ac Dominis Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ



gratiâ Archiepiscopis, & Episcopis per Universum Regnum Neapolitanum constitutis, eorumque Dominis Vicariis in Spiritualibus Generalibus, nec non Reverendissimo Domino Vicario similiter in Spiritualibus Generali Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinalis Archiepiscopi Civitatis Neapolis. Universis quoque, & singulis Reverendis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Archipresbyteris, Primiceriis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Subcantoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiarum Canonici, Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus, eorumdemque Plebanis, Viceplebanis, Cappellanis, Curatis, & non Curatis, ac Monasteriorum Ordinum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Ministris, Prioribus, Vicariis, Guardianis, Custodibus, nec non Commendatoribus, Bajulvis, cæterisque Presbyteris, Clericis, Notariis, ac Tabellionibus publicis quibuscumque in eodem Regno existentibus, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos præsentis nostræ literæ pervenerint, seu quomodolibet præsentabuntur, salutem in Domino, ac nostris hujusmodi, imò veriùs Apostolicis, firmiter obediendi mandatis.

§. 1. Noveritis qualiter infra scripta die comparuit coram Nobis Perillustri, & Excellentissimo Domino Philippus Antonius Tottus Sanctissimi Domini Nostri Papæ, ejusque Reverendæ Cameræ Apostolicæ Generalis Procurator Fiscalis, & exposuit, quod non obstantibus Censuris contra Dominum Dominicum Garopholum tunc Provinciæ Calabria ultra Præsidentem publicatis ab Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Rheginen. sub die decimâ octavâ Octobris 1696. seu &c. ex causâ violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ, dictus Dominicus hujusmodi Censuras in Bulla Cænæ Domini, & in Sacris Canonibus contentas, atque à præfato Illustrissimo, & Reverendissimo Domino Archiepiscopo publicatas, non formidavit, neque formidat, cum lapsis jam ferè undecim annis à die, quo denunciatus, & declaratus fuit excommunicatus, ac si neque Clavium Ecclesiæ potestatem agnosceret, neque penas Canonicas timeret, ausus est tamdiu in Censuris infortescere palam se gerens, tanquam non excommunicatum, & nequam vitandum, Præsidis Officium, vel in Provincia sæpe fatâ vel in aliis Regni Neapolis alia publica mera administrando, & sic iudicando, in publicis Concistoriis interveniendo, decreta edendo, palam conversando, aliaque tam privata, quam publica negocia gerendo, etiam usque in præsens, ut non sine vilipendio Ecclesiasticæ potestatis, & scandalo universali apparuerit contumax, infortescens, & penarum à Sacris Canonibus inflictarum contemptor, & quidem publicus, & prorsus immemor aeternæ salutis animæ suæ, ut notorium est, sicuti notoria sunt officia, quæ præfatus Dominicus in Regno Neapolitano ab eo die usque in præsens exercuit, & nunc quoque administrat, quoniam verò crescente semper contumacia dicti Domini, graviora oportet adhibere remedia, ut tandem resipiscat, & revertatur ad cor, ideoque juxta Sanctæ Matris Ecclesiæ morem dictæ Ecclesiasticæ Censuræ aggravandæ, & reaggravandæ sint, idem Dominus Procurator Fiscalis præsentato, & exhibito Nobis Chirographo manu ejusdem Sanctissimi Domini Nostri Papæ signato sub die decimâ sextâ currentis mensis Maii, tenoris sequentis videlicet.

§. 2. Monsignor Carlo de Marini Auditor Generalis della nostra Camera Apostolica. Essendo Noi à pieno informati, che Domenico Garofalo, non offanti le Censure contenute nella Bolla solita à leg-

gerji nel giorno della Cena del Signore, nelle quali li diotto Ottobre 1696. d'altro più vero tempo, mentre era Preside nella Provincia di Calabria Ultra nel Regno di Napoli, sù dichiarato incorso da Monsignor Arcivescovo di Reggio per violata Immunità Ecclesiastica, scordatosi affatto della salute eterna, e resosi contumace, & infortescente, non senza un manifesto gran vilipendio, e dispregio della potestà delle Chiavi per lo spazio ormai di undeci anni dal dì, che sù dichiarato incorso, come sopra, abbia esercitato, e presentemente esercitaro la Carica di Preside, ò nella sudetta Provincia, ò in altre del Regno, quanto altri pubblici Officii congiudicare, far Decreti, trattare negotii pubblici, e privati, e fare ogni, e qualunque altro, per altro à lui proibito, come se non fusse stato, ne fusse scomunicato, conforme è publico, e notorio, & à Noi pienamente costa: Onde volendo Noi, che detto Domenico si corregga, & emendi, e che riconosciuto, e confessato il suo errore, ritornar al grembo della S. Madre Chiesa, e con ciò siano tolti tutti i scandali, che per tal conto sono nati, e che tuttavia si nutriscono, di nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della nostra potestà assoluta, havendo qui per espresso tutti gli atti fatti nella Curia Arcivescovale di Reggio in occasione di detta Declaratoria fulminata contro detto Domenico, come se di parola in parola vi fossero stati inseriti, con il presente nostro Chirografo, ordiniamo à Voi, che secondo il costume di Santa Chiesa procediate all'aggravatoria, e reaggravatoria delle sudette Censure fulminate contro il prenominato Domenico, e per eseguire ciò vi concediamo tutte le facultà necessarie, & opportune, rimossa ancora ogni appellazione, richiamo, ricorso, & opposizione di nullità, etiam ex tribus: derogando in quanto sia di bisogno à quest'effetto, e per questa volta solamente, à qualunque Costituzione, & Ordinazione Apostolica fatta, & ordinata anco de i Concilii Generali, & ogni altra cosa, che facesse in contrario, ancorche avesse bisogno di espresa, specifica, & individua menzione, il tenore delle quali tutte, e singole vogliamo, che si abbia qui per espresso; & inferto di parola in parola, volendo, e decretando, che il presente Nostro Chirografo vaglia, & abbia il suo pieno effetto, e vigore & esecuzione con la sola nostra sottoscrizione, benchè non sia registrato nelli Libri della nostra Camera, nè in altro modo sia servata la forma della Costituzione di Pio Quarto nostro Pedecessore de registrandis, alla quale perciò per questa volta sola deroghiamo: e che contro di esso non si possa in alcun tempo opporre di obrezzione, ò subrezzione, mancanza della nostra volontà, & inrezzione, nè qualsivoglia altro difetto, benchè degno di espresa, speciale, & individua menzione: e che non si possa diversamente interpretare, o giudicare, dichiarande nullo, & irrito tutto ciò, che in contrario da qualunque persona scientemente, ò ignorantemente si facesse, ò si attentasse, non obstante quantò à tutte, e singole cose premesse, qualsivoglia Costituzione, & Ordinazione Apostoliche, Concilii anco Generali, Statuti, usi, consuetudini, Decreti, Indulti, e Privilegii sotto qualunque forma, e tenore, etiam con derogatorie di derogatorie, etiam concesse motu proprio con qualsivoglia clausula, e decreti, alle quali tutte, e singole etiam più volte confermate, benchè ricercassero speciale, & individua menzione, avendo il loro tenore qui per espresso, di simil moto proprio, e pienezza della nostra assoluta potestà espressamente per questa volta sola, e per gl'effetti sudetti pienamente deroghiamo, perche tale è la nostra certa espresa, e determinata mente, e volontà. Dato nel nostro Palazzo Apostolico Vaticano questo dì 16. Maggio 1707.

CLEMENS PAPA XI.

dictum Garopholum, ad aggravatoriam Censuram procedat.

Dominicus Garapholus ab Archiepiscopo Rheginen. ob læsam Ecclesiasticam Immunitatem excommunicatus Censuras continet & per undecim annos infortescit.

Tenor Chirographi Pontificii, quo mandatur A. C. ut contra



Petit, & summa cum instantia postulavit, ut pro nunc ad aggravatoriam dictarum Censurarum procedere dignemur.

§. 3. Nos igitur attendentes petitionem, & requisitionem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, quodque iusta petenti non est denegandus assensus, inhaerendo praedicto Chirographo superius inserto, & registrato, ac facultatibus Nobis concessis, & attentâ notorietate facti, quae nulla tergiversatione celari potest, antedictas Censuras harum serie pro nunc aggravamus; Quocirca Vobis omnibus, & singulis supradictis in toto Neapolitano Regno existentibus mandamus, & districte praecipimus, sub poenis arbitrio nostro, quatenus praedictum Dominicum sic excommunicatum singulis diebus Dominicis, & aliis Festis in vestris quisque Ecclesiis, Candelis accensis, & pulsatis Campanis post Divina Officia, vel statim Missa Conventuali, aut privata respectivè terminatâ, publicè, & solemniter excommunicatum, & aggravatum denunciatis, & publice, donec aliud à Nobis habueritis in mandatis, inhibendo omnibus, & singulis vestris Subditis, & Parochianis, ne eidem sic excommunicato communicent, vel exequendo ejus Mandata, Sententias, Decreta, aut quomodolibet ei parendo (cum ipse omni penitus denudatus sit, & fuerit jurisdictione, ejusque Sententiae, & Decreta nulla prorsus, & inania sint, & fuerint) aut alio quovis genere communionis prohibita participant, ac contravenientes quomodolibet certificatis, prout Nos harum serie certificamus, quod abque dubio minoris excommunicationis sententiam, & poenam incurrant, quam per praesentes incursum fore singulos publicè nunciatis, & Nos nunciamus. Unde sedulè moneatis omnes, prout Nos tenore praesentium monemus, ut ejus consortium fugiant, sperantes in Domino ipsum his poenis ad Ecclesiam esse rediturum cum debita contritione, Datum Romae ex Curia Innocentiana Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi millesimo septingentesimo septimo, Indictione decima quinta, die verò 30. Mensis Julii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis Divina Providentia Papae Undecimi, Anno Septimo.

Carolus de Marinis Auditor, & Judex Delegatus.

Loco † Sigilli.

Paulus Facius Curia Caesarum Camera Apost. Notarius.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1707. Indictione 15. Pontific. verò Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Clementis divina providentia Papae XI. die verò Martii 2. Mensis Augusti retroscripta Gravatoria Censurarum contra retroscriptum d. cum Dominicum Garapholum lata executâ fuit in valvis Curiae Innocentiana, & in Acie Campi Flora ibidem ejus exemplis relicto, & affixis per me Thomam de Unionibus Cursorem Apostolicum. In quorum fidem &c.

Idem Thomas de Unionibus Sanctissimi Domini Nostri Papae Curs.

A.C. mandat D. Garapholum solem iter denunciari Excommunicatum & ab omnibus illius consortium evitari.

### MONITORIUM

III.

Die 30. Julii 1707. expeditum contra Praesidem Civitatis Aquilae, & alios Secularis Potestatis Officialis Reos violentae expulsionis Episcopi Aquilani à dicta Civitate, & Regno Neapolitano ob Ecclesiasticam Immunitatem, & Episcopalem auctoritatem ab eodem Praesule strenuè propugnatam.

Carolus de Marinis Prothonotarius Apostolicus utriusque Signaturae Sanctissimi Domini Nostri Papae Referendarius, nec non Curiae Caesarum Camera Apostolicae Generalis Auditor, Romanaeque Curiae Judex Ordinarius, Sententiarum quoque, ac Censurarum, tam in eadem Romana Curia, quam extra eam latarum, & Literarum Apostolicarum quarumcumque universalis, ac merus Executor, nec non in praesenti Causa à Sanctissimo Domino Nostro Clemente Papae XI. specialiter Delegatus.

Universis, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Sacristis, Parochialiumque, & Collegiarum Ecclesiarum Rectoribus, seu earumdem Plebanis, Viceplebanis, Curatis, & non Curatis, ceterisque Presbyteris, nec non Clericis, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis, ad quem, vel ad quos praesentes nostrae literae pervenerint, seu quomodolibet praesentabuntur, salutem in Domino &c.

§. 1. Noveritis fuisse nuper coram Nobis comparitum pro parte, & ad instantiam Perillustris, & Excellentissimi Domini Philippi Antonii Totti SS. D. N. PP., ejusque Reverendae Camerae Apostolicae Generalis Procuratoris Fiscalis, & expositum, quod cum de mense Martii 1700. seu &c. quondam Josephi Caroli de Terra Fossae, Aquilanae Diocesis, carceratus à Curia Laicali Civitatis Aquilae, & successivè per Regiam Audientiam ejusdem Civitatis pro uno, seu pluribus Homicidiis, morti, ut ferebatur, damnatus, allegasset in Foro Episcopali Clericatum primae Tonsumae, tunc in humanis agens Fr. Ignatius de la Zerda Episcopus Aquilanus, ut Immunitatem Ecclesiasticam pro viribus tueretur, ac praedictis, quae ei ex captura dicti Josephi, & respectivè executione sententiae contra illum late inferri potuissent, opportunè occurreret, captis primùm nonnullis probationibus super praefato Clericatu, mox sub die 12. dicti mensis Martii ad instantiam sui Promotoris Fiscalis, Monitorium contra Ministros praefatae Regiae Audientiae, pro obtinenda remissione dicti Josephi, unâ cum actis ad suam Curiam Episcopalem, sub poena excommunicationis majoris, decrevit, & exequi mandavit, cui quidem Monitorio non integraliter obsequentes iidem Ministri Regiae Audientiae, sed dumtaxat suspensa executione sententiae, praefatum Josephum à Cappella, seu, ut vocant Confortaria, educi, & ad carceres publicos poni mandarunt, undè postmodum, scilicet sub die 29. dicti mensis Martii, idem Episcopus parendo mandatis Sacrae Congregationis Immunitatis Ecclesiasticae, aliud Monitorium expediri, & exequi curavit contra praefatos Ministros Regiae Audientiae, jubendo ipsis pariter sub poena excommunicationis majoris, ut consignarent, vel consignari facerent antedictum Josephum, ad effectum eandem eum custodiendi in Carceribus Ecclesiasticis, vel saltem, ut iidem Ministri Regii, accedente tamen obligatione Personae legitimae in formâ validâ pro tutiori custodia, illum retinere deberent in Carceribus Laicalibus nomine Ecclesiae, donec

Episcopus Aquilanus respectu Curiae Laicali Aquilanae Carceratum qui in Foro Episcopali Clericatum allegaverat: Eandem Curia petitionem & censuras comminatas contemnit, & Carceratum ultimo suppli in obsequio: Idcirco nonnulli d. Curiae Officiales ab Episcopo excommunicantur.

in